





Or. 1593, 5

23

L, LEGALES PO-  
SITIONES

MATERIAM  
PACTORVM  
DELINEAN-

TES,  
QVAS

CONATVS FORTVNANTE BE-  
NEDICENTE Q. SVPREMO.  
EX CONCESSV AMPLISSI-  
MAE IVRIDICAE FACVLTATIS.  
PRAESIDENTE NOBILISS.  
ATQVE CONSVLTISS. VIRO  
DOMINO

ARNOLDO DE REYGER  
I. V. D.

APVD IENENSES IN ACRO-  
asi Ictorum ad diem XXVIII. Iulij  
huius anni examinandas

propono

CHRISTOPHORVS FINK  
BLANKENBURGENSIS SAXO.



IENAE

Typis Tobiae Steinmanni.  
ANNO MDLXXIII.



E A S Q V E

MAGNIFICIS, AMPLISS.  
NOBILISS. CONSULTISSQ.  
*Viris Reverendissimi atq; illustrissimi  
Principis Dni. ac Dn.*

IOACHIMI FRIDERICI  
POSTVLATI ADMINISTRATORIS  
ARCHIEPISCOPATVS MAG-  
deburgensis, Marchionis Brandenburgici,  
&c. Dni, mei Clementiss.

*Dnis Consiliarijs longè prestantiss. atq; excellentiss.*

D. GVILHELMO RVDOLPHO  
MECBACH CANCELLARIO  
D. HENNINGO HAMELIO PRIMARIO  
D. IOANNI SCHVLTZIO  
NOBIL. D. IOANNI A LOBEN  
M. IOANNI BVCHBACH  
NOBIL. D. IOANNI A SCHIBEN  
D. ANDREAE SCHRECKIO  
D. GVILHELMO FRIDERICO MECBACH

*Patronis meis summa observantia  
colendis*

DEDICO

*Idem.*

233  
P O S I T I O I.



V P E R I O R I B V S T T.  
in D. non incommodè subijcitur t. occupatus circa pacta; quandoquidem ulterior litis cursus impediatur, ubi pactio intercessit vel transactio.

*l. 2. in pr. si quis cautionibus in iudic. sisten. cau. fact. non obtemp.*

II.

De quarum priore hac disputatione agemus. Vbi ante omnia tenendum pactionis, sicuti item & pacti vocabulum, tam latè patère, atq; verbum conventionis,

*l. 10. legem C. de pact.*

III.

Est enim pactio, juxta ac pactum, seu pactum conventum, auctore Vlp. duorum pluriumve in idem placitum consensus.

*l. 1. §. 1. D. de pact. l. 3. in pr. D. de pollicitat. Donell. in Rubr. C. h. t. Robert. 2. sentent. c. 19.*

IV.

Et quidem pactum non solum expressis verbis, sed etiam tacitè inducitur.

*l. 2. in pr. D. h. t.*

V.

Veluti si debitori meo reddiderim cautionem, si quid ab inquilinis in conductas ædes invecum illatumve fuerit, si in rusticis prædiis quid fructuum provenerit, si quis in futurum tempus à debitore usuras acceptaverit,

A 2

d. l. 20

*d. l. 2. §. 1. l. 4. l. 27. §. pen. l. 30. §. 1. D. h. t. l. 17. C. de remiss.  
pign. l. 4. in pr. cum aliquot seqq. ll. D. in quib. cau. pign.  
vel hypoth. tac. contrah. l. 24. §. 1. locati l. 57. in pr. h. n.  
t. l. 2. §. pen. D. de doli except. l. 2. l. 18. C. eod. l. 5. C. de  
usur.*

#### V I.

Pactorum species tres sunt. Est enim publicum aliud, aliud legitimum, aliud juris gentium; seu, quod eodem recidit, conventiones aut publicæ sunt, aut privatæ. Hæ rursus aut legitimæ aut juris gentium.

*l. 5. D. h. t.*

#### V II.

Publicæ sunt foedera finitimorum populorum, sive Magnatum ac Ducum & inter se & cum suis subditis

*d. l. 5. l. 12. in bello. in pr. de capt. & post. revers. Pet.  
Fab. lib. 1. semest. c. 7.*

#### V III.

Quocirca num princeps hosti damna subditis illata absque horum applausu remittere possit, quæritur? Et consonum publicæ utilitati videtur, ut possit.

*Facit l. 1. in pr. de const. pecun. Duar. ad l. 5. h. t.*

#### V IX.

Legitimæ conventiones sunt, quæ aliqua lege confirmantur, ut hypotheca, constitutum, donationis placitum, pollicitatio dotis.

*l. 17. §. 2. D. h. t. l. 1. D. de const. pecun. l. 35. §. fin.  
C. de donat. l. 6. C. de dotis promiss.*

#### X.

Juris gentium conventiones quædam actiones pariunt, quædam exceptiones.

*l. 7. in pr. D. h. t.*

#### X I.

Actiones pariunt contractus nominati, imò innominati.

nominati, quorum appellationes nullæ jure civili pro-  
ditæ sunt, modò iis causa subsit, ut sunt articuli illi; do  
ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias.

*d. l. 7. §. 1. & 2. l. 1. §. 2. de rer. permut. l. 3. de præ-  
script. verb.*

XII.

Exceptiones quæ pariunt, nuda pacta appellantur,  
item placita, nec rarò absolute generis nominibus de-  
notantur.

*l. 7. §. 4. 5. 7. l. 45. D. h. t. l. 21. & 27. C. eod. l. 7. C.  
de transact. Borcholt. in comm. de pact. c. 1. n. 13.*

XIII.

Hæc præterea naturalem obligationem ex se gi-  
gnere communis interpretum schola adstruit, quod juri  
civili incognitum esse Franciscus Connanus statuere  
non veretur.

*d. l. 7. §. 4. & 5. de pact. l. 3. §. 1. de pecun. const. fa-  
cit l. 56. si quis in pr. D. de fideiuss. l. 5. C. de contrah. stipul.  
Con. lib. 5. comm. iur. civ. c. 1. & 2. Giphaz. in disp. Anno  
84. Altorphij habita th. 182.*

XIV.

Adeo ut nec pactum nudum prius per posterius  
ipso jure, sed replicatione exceptio prioris pacti elida-  
tur.

*l. 27. §. 2. D. h. t. l. 12. C. eo.*

XV.

Quanquam in traditionibus quodcunque pactum  
civilem & efficacem obligationem producere manife-  
stissimum sit.

*l. 48. D. h. t. l. 15. C. famil. ercisc.*

XVI.

Sed & pacta contractibus bonæ fidei apposita in

A 3 conti.



*in l. Titius 134.*  
*in rescriptis*  
*pub. obligat.*  
*terminus 20.*  
*§. si h. h. h. h. h.*  
continenti efficaciter actiones ipsorum contractuum formant, tam ex parte actoris, quam rei.

*l. 7. §. 6. D. de pact. l. 24. l. 26. §. 1. D. depositi. l. 13. C. de pact.*

### XVII.

Sin expòst facto pactum conventum subsequutum fuerit, placet contractu id quoq; contineri, sed quatenus personam concernit rei, non actoris.

*l. 7. §. 5. & 6. D. h. t. l. 72. in pr. de contrah. emt. l. 3. D. de rescind. vend.*

### XVIII.

Stricti juris contractibus pacta ex parte actoris nunquam insunt, ex parte verò rei insunt, si modò non ex intervallo, verùm in continenti adposita sint.

*l. 4. l. 7. §. 5. l. 17. in pr. de pact. l. 11. §. 1. & l. 40. D. de reb. cred. l. 3. de rescind. vend. l. 24. de prescript. verb. l. 135. si ita quis §. 2. D. de verbor. oblig. l. 13. C. de pact. l. 3. C. de usur. lac. Cuiac. ad l. 7. h. t. It. lib. 10. obser. c. 24. Idem 8. ad Afric. l. 24. Titius de prescript. verb.*

### XIX.

Porro pactorum quædam in rem sunt, quædam in personam.

*l. 7. §. 8. D. h. t.*

### XX.

In rem sunt, quotiens generaliter paciscor, ne peccam. Ea quæ omnibus profunt, quorum obligationem dissolutam esse paciscentis interest.

*d. modo §. 8. l. 7. l. 21. §. fin. cum aliquot ll. seqq. D. h. t. l. 57. §. 1. D. eod. l. 8. §. pen. D. de pign. act.*

### XXI.

Hinc est, quod rei pactum fideiussori, item socii socio quoq; proficiat, licet minimè noceat.

*l. 21.*



235  
l. 21. §. fin. l. 25. in pr. l. 26. l. 27. in pr. & §. 4. l. 32.  
l. fin. h. t. l. 9. §. pen. D. de duob. reis.

XXII.

At pactum fideiussoris reo principali neq; prodest,  
neq; obest, si non in rem suam aut donandi animo fidei-  
iussor sponderit.

l. 23. cum duab. ll. seqq. D. h. t. & l. 32. eod.

XXIII.

Sic pactio cum quibusdam ex fideiussoribus, aut  
curatoribus, sive tutoribus facta auxilio ceteris est mi-  
nimè

d. l. 23. l. 1. C. de pact.

XXIV.

Pacta in personam sunt, quotiens sic paciscor, ne  
à persona petam. Hæc personæ saltem pacto designatæ  
profunt.

d. §. 8. & l. 40. D. h. t.

XXV.

Vnde fideiussor exceptione pacti non utitur etiam  
jure novo, si hoc actum sit, ut duntaxat à reo non pe-  
tatur.

l. 27. §. 1. eod.

XXVI.

Ad personas quod attinet, pacisci possunt omnes,  
quæ modo consensum suum præbere queunt, etiam  
mutus & surdus.

l. 4. §. 1. de pact. l. 48. de oblig. & act.

XXVII.

Item deportatus, hostis, legatus hostis, transfusa,  
hæreticus.

Facit l. 17. §. 1. de pæn. l. ult. D. de legation. l. 1.  
in pr. de pecun. const. Iosua 9. 2. Samuel. 21.

A 4

Eò am-

XXVIII.

Eò amplius filiusfamilias & servus, etiam fructua-  
rius, itemq; is, qui bona fide servit, suo tamen modo.

*l. 7. §. pen. vers. sed si quis D. h. t. l. 17. §. fin. cum ll.  
seqq. quibusdam, l. 28. §. fin. cum l. 29. & l. 30. in pr. l. 55.  
d. t. l. 23. & l. 30. C. eo. l. 7. §. si verò filia D. de pact. do-  
talib. l. 4. §. 16. de doli except.*

XXIX.

Pacisci & adultus poterit, tam ut ipsi officiat, quam  
proficiat, si quidem curatore destituatur, liberè.

*l. 7. §. 2. de minor. l. 9. §. 4. de iureiur. l. 101. pube-  
res, de verb. obligat.*

XXX.

Sin habeat curatorem minor, paciscens nil distat à  
pupillo pubertati aut etiam infantia proximo, qui sci-  
licet tutore auctore ritè paciscitur.

*l. 3. C. de in integr. rest. iuncta l. 6. de verb. obligat.  
& l. 26. C. de administ. tut. vel curat. VVes. in parat. n. 5.  
It. §. 10. sed quod diximus inst. de inutil. stipul. & l. 5. de  
reg. iur.*

XXXI.

Absque tutoris auctoritate si paciscatur, eatenus  
id ratum habetur, quatenus conditionem suam pupil-  
lus facit meliorem.

*l. 28. in pr. D. de pact. pr. t. Inst. de auct. tut.*

XXXII.

Vbi tamen notandum etiam adversus ipsum pupil-  
lum exceptionem ex pacto suo comparatam esse, in  
quantum locupletior est factus, Divi Pij rescripto super  
hac re emisso.

*l. 5. in pr. D. de autorit. tut. l. 6. in pr. D. de negoc.  
gest. l. 3. in pr. commodati.*

Intor

XXXIII.

In totum pacisci prohibentur, infans, furiosus, prodigus.

d. §. 10. inst. de inutil. stipul. l. 5. l. 40. de reg. iur. l. 6. de verbor. oblig. l. 35. §. 1. de iure iur.

XXXIV.

Sed hinc quæstio incidit, utrum ad hoc, ut quis vere prodigus existat, opus sit declarativa sententia iudicis? Quod negandum putamus.

l. 1. in pr. D. de curat. furioso & alijs ex min. dand. §. 3. Inst. de curatorib. l. 18. in pr. D. qui test. fac. poss. Hugo Donell. ad l. 6. de ver. obligat.

XXXV.

Quanquam hoc receptum novo jure fit, ut curatorem magistratus prodigo constituat.

d. modo l. 1. in pr. & d. §. 3.

XXXVI.

Porro alteri vitiosè & inutiliter paciscimur, nisi poenam stipulemur, ut, si ita factum non sit, prout comprehensum est, committatur stipulatio

l. 17. §. 4. D. h. t. l. 38. §. 17. alteri D. de verb. oblig.

XXXVII.

Adeo ut nec, quod paciscimur ei, qui postea heres noster existit, in eius persona robur habeat.

l. 17. §. 4. de pact. l. 52. epistola §. fin. d. t.

XXXVIII.

Præterquam si nominatim conventio in heredem fuerit directa, etiam unum ex pluribus.

l. 33. D. h. t. l. 40. §. fin. eo. l. 10. D. de pact. dotal.

XXXIX.

Imò & si pater vel mater filio suo paciscatur, magis est, ut pacti exceptio huic non detur; sed doli ex pacto patris filio prodest. l. 21. §. 2. l. 4. C. de pact. convent.

Sequitur



XL.

Sequitur, in quibus rebus pactum consistat. Et sciendum est, quod in primis desideretur res talis, quæ commercio non sit exempta.

*l. 27. §. 4. de pact.*

XLI.

Proinde ius publicum & fiscale mutari privatorum pactis non potest.

*d. modo text. & l. 38. l. 42. D. h. t. l. 27. de reg. iur.*

XLII.

Insuper rata non habentur pacta, quæ turpem causam continent, vel in regulas iuris civilis impingunt.

*l. 27. §. 3. cum seq. & l. 28. in pr. d. l. 7. §. 16. D. h. t. l. 5. per tot. & l. seq. D. de pact. dot. l. 13. §. 26. de action. emti. l. 6. & l. pen. C. de pact. l. 27. D. de reg. iur.*

XLIII.

Cuiusmodi sunt pacta de eius hereditate, qui in vivis adhuc, etiam dotali instrumento comprehensa.

*d. l. 52. in pr. h. t. l. ult. D. de suis & legitimis hered. l. 15. & ult. C. de pact. l. 35. §. 1. C. de inofficioso testamento l. 34. C. de transact. l. 3. C. de collationib. l. 1. C. de sacrosan. Eccles.*

XLIV.

Vt maximè iurisiurandi religio accesserit.

*l. 7. §. 16. & generaliter D. h. t. l. 112. in fin. de legat. 1. l. 19. C. h. t. l. 5. C. de legib.*

XLV.

Militibus tamen, non etiam coniugibus aut illustribus personis, hoc prærogativæ tribuitur, ut, quodcunq; ij paciscuntur de mutua successione, vim postremi iudicii obtineat.

*l. 19. C. de pact. Quanquam reclamet Andr. Gail. lib. 2. observ. 117. n. 6. & obser. 126. l. 127.*

Eidem

XLVI.

Eidem superiori classi adiunge & pactum, ut procuratori pars eius, quod ex lite datum erit, pendatur, aliaq; complura.

*l. 53. D. h. t. l. 6. §. fin. cum l. seq. D. mandati l. 14. §. 1. D. solut. mat. l. 3. C. de pign. & hypothec.*

XLVII.

Sed nec ius adgnationis, suicitatis, vel filiationis, itemq; patriæ potestatis repudiari acquirive pacto posse Iuliani sententia est.

*l. 34. D. h. t. l. 34. de adopt. l. 3. C. de emanc. liber.*

XLVIII.

Porrò nemo paciscendo efficere potest, ne sibi locum suum dedicare, aut in suo mortuum sepelire liceat, aut ne invito alio prædium suum alienet.

*l. pen. D. h. t. l. 15. in pr. D. de servitutib.*

XLIX.

Convenit, ut liber homo ob æs alienum in carcerem conjiceretur, aut aliàs certo loco commoraretur, quid dicendum? Robur inesse huiusmodi conventioni nullum adstruimus.

*l. 12. C. de obligat. & act. unct. l. 2. D. de hom. lib. exhib. Paul. lib. 5. sent. tit. 1. in pr. l. 71. §. 2. D. de condit. & demonstr.*

L.

Coronidis vicem crimina obtineant. In his id iuris, ut lethalia rectè pactum ingrediantur, excepto adulterio, minus lethalia non item, quin in S C. incidatur Turpillianum.

*l. 18. C. de transact. l. fin. D. de pravaricat. l. 1. D. de bon. cor. qua ante sent. vel mort. sibi conscive, vel accus. corrup.*

P A R



P A R E R G A.

I.

**C** Adere feudum citra etiam stipulationem promissum in debitum & promissorem ad investiendum adstringere conditione ex lege adseveramus. II.

Ferantne leges nostra iuramentum in animam alterius? Negamus.

III.

Bonis nixi fundamentis arbitramur nobis possessionem adquiri per liberos vel servos in potestate nostra constitutos in rebus peculiaribus, extra eas non item.

IV.

Sanè interfectoꝝ prætendens casum aut legitimam defensionem num probandi onus in accusatorem rejicit? Quoad casum negativam, quoad defensionem affirmativam tueri conabimur.

F I N I S.

Jura, Diss., 1573-1600


ULB Halle 3  
003 609 308



S  
Sb.







1593, 5  
23

L, LEGALES PO-  
SITIONES

MATERIAM  
PACTORVM  
DELINEAN-  
TIBUS,  
QVAS

CONATVS FORTVNANTE B E-  
NEDICENTE Q. SVPREMO.  
EX CONCESSV AMPLISSI-  
MAE IVRIDICAE FACVLTATIS.  
PRAESIDENTE NOBILISS.  
ATQVE CONSVLTISS. VIRO  
DOMINO  
ARNOLDO DE REYGER  
I. V. D.

APVD IENENSES IN ACRO-  
asi Ictorum ad diem XXVIII. Iulij  
huius anni examinandas  
propono

CHRISTOPHORVS FINK  
BLANKENBURGENSIS SAXO.

I E N A E  
Typis Tobiae Steinmanni.  
ANNO dō Iō XCIII.